



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecys, Johannes**

**Monachii, 1615**

VI. Animæ ratione homo miser & infœlix est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

men Deum audet homo flagitiosus offendere, contemnere, abijcere, ô scelus. Quis Caucasus eum genuit? Quæ lupa eum nutrit? quæ eum Tygris educauit? In nihilum se redigat, obsecro, & in fauilla ac cinere pœnitentiam, per omnē vitam, agat, amoremq; ab æterno se amantē amet; & amicum antiquum non derelinquat; nouus enim non erit similis illi.

*Eccl. 9. 14.*

### CAPVT VI.

*Anima ratione homo miser & infelix est.*

**Q**Vàm miser & infelix homo existat, generatim hactenus vidimus, eum in specie, tanquam Sitemum quempiam Alcibiadis, vt est in prouerbio, introspicere animus est. Et hoc quidem capite, quatenus is anima constat, quæ licet in se rationalis



tionalis sit, è cœlo hausta: men-  
 tis atque consilij particeps, ad  
 imaginem & similitudinem Dei  
 facta, & gratiæ, ac gloriæ in cœ-  
 lis capax, initio tamen conditio-  
 nis suæ, utpote Adæ filia, pecca-  
 to originali obnoxia, gratia & vi-  
 ta supernaturali destituta, & ho-  
 mo, eius ratione, iræ & perditio-  
 ni subiectus fuit. Gratiam dein-  
 de illa quidem postea à Deo ac-  
 cepit, sed gratuito & liberaliter;  
 eamque denuo, quæ summa mi-  
 seria & infelicitas est, amittere  
 potest, & verò eam quoque ali-  
 quando amittit. Trium deinde  
 potentiarum ac virium, ceu mē-  
 brorum suorum ratione, fractio-  
 nibus variis misera, perturbata,  
 & propemodum eversa est, con-  
 cinnaque & debita symmetria  
 caret. Virtutum insuper, quæ  
 animæ potentiarumq; eius, qua-  
 dam ratione partes, perfectiones  
 certè



certè sunt, vel nullum, vel exiguum in homine studium apparet. Imago deinde Dei in illa deformata, & similitudo valde dissimilis facta est. Potètia executrix labefactata, vt & sensus illius famali; appetitionesq; , quæ illos consequuntur, effrænes planè sunt, frænumque eius mordent. Corpus ad seruiendum factum, animæ, proh dolor, dominatur, & cum Apeme Rhapsacis Themasi filia, Darij verò Persarum regis concubina, ad dexteram affidet, de capite eius diadema aufert, & malam sinistra manu ferit. Quo quid turpius ac detestabilius? De his omnibus sigillatim ideo agemus, vt liquidò appareat quàm miser & infelix sit homo, quàmq; graue & enorme sit peccatum mortiferum, quo Deus & turpiter, & flagitiosè ab illo offenditur.

CAPVT